

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Instructio practica ...**

Institutiones Theologiæ Mysticæ, Seu Facilem & practicum modum  
Exercitia Spiritualia S.P. Ignatii Loyolae per octiduum faciendi - item  
triduanam recollectionem fructosè instituendi complectens, Et  
Sacerdotibus Præcipuè, aut de Sacerdotali Statu suscipiendo  
deliberantibus accomodata, Una cum ...

**Lohner, Tobias**

**Dilingæ, 1680**

Consid. de amore proprio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48834](#)

4. Si detestaris Ethnicum, qui cultum soli DEO debitum idolo exhibet, cur tu amorem soli DEO debitum creaturem impendere non erubescis?

5. Si Mercator unionem pretij inaestimabilis empturus jam plurima talenta pro ea obtulisset, & postea ne obolum addere cogeretur, totum contractum rescinderet, an non stultum judicares? Cur ergo tu, ut DEUM possideres, omnia alia reliquisti, & nunc ut minimam quampiam creaturam relinquere non debras, conventionem retractas?

6. Si juxta commune Philosophorum axioma expulsio privationis debet precedere formae introductionem, quomodo tu introducere in cor tuum poteris DEUM, si prius amorem creaturarum, quae est privatio amoris DEI non expuleris?

7. Si divitias tuas rapere quis conaretur, doleres, & omnium conatu resistes; cur ergo non resistis amori inordinatoe creaturarum, qui cor tuum eripere tibi conatur?

8. Arca DEI non operabatur stupenda illa opera, quamdiu idolum Dagon in templo stabat; quomodo tu sperare poteris, DEUM mira in templo animae tuae operaturum, si etiamnum aliqua creatura, quam velut idolum colis & amas, in eadem anima tua requiescat?

9. Filijs Israël non nisi in deserto manna datum est; quomodo tu a DEO verae consolationis manna sperare audes, si in deserto, id est, liber ab omni creaturatum amore non existas?

10. Si Filius Principis deformi Filiae mendici aut mancipij se despontaret, insanum crederes, & aegre ferres; cur tu Filius DEI cum sis, adhaerere per amorem vilissimis creaturis & audes, & gaudes?

11. Ut te, aut alium videoe in speculo, pulverem prius a speculo aut oculo abstergis, cur DEUM a spicere cupiens Iustum creaturarum ab oculo meatis tuae non separas?

#### CONSIDERATIO

#### DE AMORE PROPRIO.

I. Si aliquis te seduxisset, ut ob scelus patratum in carcere, & tremi conjectus, & gravissimis supplicijs adjudicatus jam esses, an non, si postea a Judice per gratiam ex carcere dimittereris,

Tt 2

tereris,

tereris, summo odio Seductorem hunc tuum prosequenter,  
& insignem de eo vindictam caperes? cur ergo non exca-

gis erga amorem proprium, qui in peccatum te suis fraudi-

bus pertraxit, ob quod æternis ignibus adjudicandus fuisset?

2. Si Famulus ille in agone summopere doluit, quod tam-

dia tali Domino servierit, qui cum ne per medium quidem  
horam à morbo liberare potuit; quanto magis tu olim do-

lebis, quod amori proprio servieris, qui summorum tibi ma-

lorum causa extitit?

3. Ei, qui semel in gravis momenti negotio te decepit,  
nunquam amplius fidis; cur ergo amoris proprii ducum  
etiamnum sequeris, qui toties te decepit?

4. An non stultum diceres eum, qui neglecto sapientissi-  
morum Virorum consilio, unius pessimi & insani homini  
suasionem sequeretur? quanto stultior ergo tu eris, si neglo-  
cto DEI, Sanctorum, & omnium Bonorum consilio & exem-  
plo, quo Mundum cum suis vanitatibus spernendum dicunt?

5. Cur misera censes Regum Principumque concili-  
inem, si Adulatoribus eos faciles nimis aures prædere adver-  
tis; & non potius miseriorem reputas statum tuum, qui tan-  
noxio Adulatori, id est, Amori proprio tam cupide ac pen-  
naciter auscultas?

#### CONSIDERATIO

#### DE VOLUPTATUM AMORE.

**S**i, quidquid animam ex corpore tuo pellit, tam studiorē u-  
spotenter arcere satagis, cur voluptates admittis, de quā  
bus dictum nōsti: non permanebit Spiritus meus in hominē  
quia caro est?

2. Fenella Reginæ pomum, telis ad tactum erumpen-  
bus plenum, si tibi insidiarum concio offeretur, omni co-  
natū respueres; cur pomum voluptatis tot malis gravissimi  
refertum tam ardenter expetis, & contrectas?

3. Dum iter facis, lutosam viam, quanto potes, studio de-  
clinas; cur ad cælum tendens ultro per viam lutosam volu-  
ptatum, non sine defectionis & salutis periculo, incederat-  
fectas?

4. Quale scelus crederes illius, qui Christum ex faci-